

Bucilletum, per Bucilletum transeunt flumen Gabiana per Luduriam circumdant villam Marazam, & Madrariam, pervenientes usque Maletum, a Maletum pergunt juxta Argilem Anxianum per paludes & piscarias usque Vitricam, & transeunt Vitricam veniunt usque fossam Buranam, & per fossam Buranam exeunt in Padum, & descendunt ad Occidentem usque ad Ulmum formosam, quæ certa finis est inter Romaniam, & Langobardiam: Ad altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab Oriente Callis de sine, quæ finis est inter nostrum Comitatum Ferrariensem, & alterum nostrum Comitatum Comaclensem, & extendunt se per paludes & piscarias usque ad fossatum de Silvule, circumdant massam Corneti, & Longanum, quæ de nostro Comitatu Ferraria est, descendunt inde ad Occidentem per paludes & piscarias usque in flumen Tartari, & per ipsum flumen Tartari pergunt usque in flumen Padi. Sane ab habitatoribus ipsi majoris Massæ Ferrariae malas & pravas consuetudines removemus; nisi tamen, sicut soliti sunt, ad suffragium nostræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ annuatim per illorum nuntium unaquæque libera persona capitis massarii de moneta Venetiæ denarios singulos dabit. Censum verò, & tributum, atque telonei de ripa & flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem, & meliorationem seu restaurationem jam dictæ majoris Massæ concedimus, & alteram medietatem ad nostras manus reservamus; etiam unam medietatem similiter telonei de mercato nobis conservamus, & alteram medietatem præfato Episcopo nostro condonamus; Placitum quidem generale similiter in dominio & potestate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenemus, ut ante nostrum Nuntium semel in anno faciendum justitiam ab omnibus per tres dies custodiantur. Collectam verò vel fodrum, aut pravam vel injustam functionem, aut dationem seu consuetudinem, nequaquam exigimus; sed omnia pro Dei timore, atque amore præfate sanctæ nostræ Ecclesiæ beati Georgii omnibus habitatoribus ipsius majoris massæ peperimus, aliasque minores massas, & sicut supradictum est, cum omnibus servitutibus suis subjugamus. Præterea quascumque Ecclesias, & possessiones, quascumque etiam bona, quæ impresentiarum justè & canonicè possides, aut in futurum rationabiliter, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & per vos Ferrariensis Ecclesiæ, illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Plebem sancti Georgii de ultra Padum, plebem sanctæ Mariæ de Pado, plebem sancti Georgii de Tamara, plebem sanctæ Mariæ de Gabiano, plebem sanctæ Mariæ de Vicoventia, plebem sancti Petri de Cupario, plebem sancti Stephani de Formignana, plebem sancti Apollinaris de Friscallo, plebem sancti Martini de Rupina, plebem sanctæ Mariæ de Vicobariono, plebem sanctæ Mariæ de Septem-policinio, plebem sancti Stephani de Caligo, plebem sancti Donati de Peduvio, plebem sancti Antonini de Picazolio, plebem sancti Georgii de Trecenta, plebem sanctæ Mariæ de Cinisello, plebem sancti Michaelis de Bregantio cum cappellis & earum pertinentiis, Ecclesiam sancti Romani de Tartaro; salvâ in omnibus Apostolicæ Sedis aucto-

Annus estis & supremi juris insignia Sedi Apost. reservant.

Cetera bona ejusdem Ecclesiæ propria enumerat, & confirmat.

ritate. Si qua sanè Ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, & aut Ferrariensem Ecclesiam his, quæ supradicta sunt diminuere, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ sua in eis jura, quæ superius significata sunt, auferre præsumpserit, poenæ & compositionis nomine reddat eidem sanctæ Sedi Apostolicæ auri optimi libras centum; & nisi quæ male præsumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; Cunctis autem eisdem Ecclesiis justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen. Amen. Amen.

- EGO CÆLESTINUS Catholicae Ecclesiæ Episcopus.
Ego Guido Presbyter Cardinalis sancti Chrysgoni.
Ego Rainerius Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Priscæ.
Ego Goizo Presb. Cardinalis tituli sanctæ Cæciliæ.
Ego Thomas Presb. Cardinalis tituli sanctæ Vestinæ.
Ego Ubaldus Presb. Cardinalis tituli sanctæ Praxedis.
Ego Gilibertus Presb. Cardinalis tituli sancti Marci.
Ego Nicolaus Presb. Cardinalis tituli sancti Cyriaci.
Ego Manfredus Presb. Cardinalis tituli sanctæ Sabinae.
Ego Conradus Sabinensis Episcopus.
Ego Theodewicus sanctæ Rufinæ Episcopus.
Ego Albertus Ostiensis Episcopus.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus.
Ego Petrus Albanensis Episcopus.
Ego Georgius Diaconus sanctorum Sergii & Bacchi.
Ego Gerardus Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Domnica.
Ego Joannes Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ Novæ.
Ego Joannes Paparo Diaconus Card. S. Hadriani. Datum Laterani per manum Gherardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarii. II. nonas Maii. Indictione VII. Incarnationis Dominicæ anno MCXLIV. Pontificatus vero Domni Cælestini II. Papæ anno I.

Solita clausula.

Cælestini PP.

& S. R. Eccl. Card. sub- scriptiones.


Dat. die 6. Martii anno Domini 1144. Pontif. anno 1.

LUCIUS

LUCIUS SECUNDUS

P A P A C L X V I .

ANNO ÆRÆ CHRISTI COM. MCXLIV.



Gerardus Caccianimicus (a) ex Provincia Æmiliæ, patria Bononiensis, ex patre Viseo, (b) antea Canonicus Regularis S. Augustini, & Presbyter Cardinalis Sanctæ Crucis in Hierusalem, electus est & consecratus Romanus Pontifex die 12. Martii 1144. & Lucius Secundus nuncupatus. Sedit in Pontificatu menses xi. dies xiv imperantibus, in Oriente Manuele Comneno, in Occidente Conrado III. Imperatoribus. Obiit siquidem die 25. Februarii sequentis anni, & sepultus est in Basilica Lateranensi. Vacavit Sedes diem unam.

(a) Sic eum vocat Pagius Junior; Baronius verò Camerarium appellat.
(b) Prout habetur in quodam Codice Vaticano a Baronio relato.
Bull. Rom. Tom. II.

I.

Privilegium confirmationis bonorum, jurium, & exemptionum Monasterii S. Columbanii Bobien. Diocesis.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Ogerio Abbati S. Columbanii Bobienis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

PIÆ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut & devotionis sinceritas laudabiliter emittat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & beati Columbanii Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, Statuentes, ut quascumque possessiones, quascumque bona impresentiarum justè & canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrique successoribus, & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Curtem S. Martini cum Ecclesia & castro, quod dicitur Petra-Carana cum suis pertinentiis, curtem S. Salvatoris cum Ecclesia & pertinentiis suis, curtem de Cruce cum Ecclesia & pertinentiis suis, curtem de Garda cum Ecclesiis, districtu, & pertinentiis suis, curtem de Carelli cum Ecclesia & pertinentiis suis, curtem de Gravilia cum Ecclesia & pertinentiis suis, curtem quæ vocatur Gomorga cum Ecclesia, districtu, & pert. suis: Plebem S. Albani in Candiubrio cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ in Monte-lungo cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Siphoriani: curtem Neblani cum decimis & pertinentiis suis, curtem S. Martini in valle Purpuria cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Evassii in Quintiano cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Petri in Masi cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Georgii, quæ est sita in Monte-acuto, cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Thomæ in Romano cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam de Ceresola cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Antonini de Braida cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Georgii de Montale cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Andree in Travano cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sanctæ Mariæ in spelunca cum pertinentiis suis, Ecclesiam Novam cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Bartholomæi in sartu cum pertinentiis suis & medietate mercati, Ecclesiam sancti Desiderii cum pertinentiis suis, Mercatum sancti Columbanii, & aliud mercatum de Oliva, censum decem solidorum Papiensium in curte Oremale, villam de Stabulo, villam de Cavatina nova, decimam de Bradello Antonino, villam de Busbagnio, villam de Salses, mansum Gavone, possessionem Tediffi de Cicogni, villam de Riuturni, & Brodium & pratum Doaicatum in monte Penicis, montem de Merconico, villam de Cereto, villam de Cavanna cum Braida dominica, Sepetelli, & Rovano.
L 1 2 ve-

In Historia Bobien. Eccl. edita Ughelli Ital. Sac. Tom. IV.

Exordium.

Monasterium sub protectio. ne Sedis Apost. recipitur.

Ejusque bona omnia, & hic postmodum, enunciata confirmat.

veretum, Montem de Cefina, villam de Roncore, villam de Faidelli, Pratum longum, mansum Rugoli, Gambalata, Runchum de Grillo fractum, Runchum de Pradalia, mansum Barbuti, mansum de Petra Columba, mansum de Iucartia, mansum de Silva, mansum de Buzavil, mansum de Costalda, mansum de Conflenti, mansum de Gorda, mansum boni Senioris de Caulo, mansos de Violi Casaria, mansum Lisignoli in ter Bobium & Treviam, mansum de Mocio, mansum de Goslino, mansum de Cifino, mansum de Hiblo, mansum Guizi, mansum Corezala, mansum de Albino, mansum de Cucco, mansum de Bivis, mansum Marconis de Caneto, mansum de sancto Desiderio, mansum de Guerro, Decimam Giselberti de Gurra, mansum de Ponziopodo, mansum Rustici de Stavella, mansum Joannis Benedicti de Caulo, Decimam Lanfranchi de Otrone, mansum Savonarrii, mansum Hugonis & Alberti de Degathani, mansum vallis Lovariola, mansum de Pradelle de Sarto, mansum Semerzarii, mansum de Pradelle, mansum Borelli de Sarto, mansum Semerzarii, mansum de Solario, mansum de Maliolli, mansum Cojorum, mansum Petrochi & Joannis de Coniolo, fortem unam in Liobe, fortem unam in Runcho Joannis, fortem unam in Parratio, & censum de Cornulo: Braidam de Ponte, braidam juxta fossatum de Batalia, braidam in campo Fasiani, braidam in Pegni, braidam in Marcelasco: Pratum, quod dicitur Codignar, cum vineis sibi adjunctis: Vineam infra Civitatem & Molendina. Quaecumque etiam Venerab. frater noster Simeon Episcopus vester, vel antecessores ejus, sive etiam Aluifa uxor Marchionis Malespine cum filiis suis, vobis rationabiliter concesserunt, similiter confirmamus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere presumat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur: sed liceat vobis communi consilio, vel parte consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam, absque ullius contradictione Abbatem eligere. Si vero eadem Sedes Episcopalis vacaverit, vel catholicum Episcopum non habuerit, Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, a quocumque malueritis Episcopo vobis suscipere liceat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minueri, seu quibuslibet molestiis fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Pontificis canonica justitia, & Apostolice Sedis auctoritate. Si qua ergo in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostram constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine

Item de donationibus omnibus Episcoporum, aliorumque;

Pro quibus omnibus nemini liceat quidquam a Monachis exigere. Abbatem electionem Monachis concedit.

Decretum pro immunitate Monasterii a censibus, que perone molestia, vi &c.

Sub excommunicationis, & dignitatum privationis, pena.

districta ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

EGO LUCIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Conradus Sabinensis Episcopus. Ego Albericus Ostiensis Episcopus. Ego Petrus Albanensis Episcopus. Ego Gregorius Presb. Card. tit. S. Callisti. Ego Goizo Presb. Card. tit. S. Sufanna. Ego Gregorius Dia. Card. SS. Sergii & Bacchi. Ego Otto Dia. Card. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Guido Dia. Card. SS. Cosmae & Damiani. Ego Petrus Dia. Card. S. Mariae in Porticu. Datum Laterani per manum Baronis Capellani, & scriptoris sacri Palatii, Idibus Martii Indict. VII. Incarnationis Dominicae anno MCXLIV. Pontificatus vero Domni Lucii II. Papae anno I.

AN. CH. 1144. Fasta hae servantibus approbatio.

Lucii PP. & S. R. Ecc. Card. subscriptiones.

Dar. die 15. Martii anno Dom. 1144. Pont. ann. 1.

II.

Privilegium confirmationis bonorum omnium, & jurium sanctae Ferrariensis Ecclesiae, quae sub perpetuo iure Sedis Apostolicae cum pertinentiis omnibus esse & fore declaratur.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Gryphoni Ferrariensi Episcopo, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex Tom. 1. Hist. Ferrariensis.

AD hoc in Apostolicae Sedis Cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimur, ut Ecclesiarum omnium curam gerere, & jus suum cuiusque tribuere, praesertim his quae beati Petri juris existunt, conservare integre debeamus. Ad exemplar itaque praedecessorum nostrorum felicitis memoriae Papae Innocentii, & Coelestini, Romanorum Pontificum, juxta tenorem privilegiorum, Ferrariensem Episcopum a Cardinalibus nostris eligendum, & Romanae Sedis Antistite consecrandum decernimus, atque Ferrariensem Ecclesiam sub jure & dominio Sedis Apostolicae decreto manere sancimus. Te igitur, Clero, & populo Ferrariensi in fidelitate beati Petri persistentibus, ad instar praedecessorum nostrorum bonae recordationis Vitaliani, Hadriani, Leonis, Benedicti, Joannis, Alexandri, Paschalis, Innocentii, Coelestini, Romanorum Pontificum, sanctae Ferrariensis Ecclesiae, tamquam Apostolicae Sedis filiae, fundos ejusdem matris & patrimonia confirmamus: ipsam videlicet massam Babylonicam, quae vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis, cui alias undecim massas nostras minores cum omni obedientia atque servitute subjugamus: id est massam ripam Palatiolum cum duodecim fundis suis, & massam Constantiacum cum duodecim fundis, similiter massam Quartisanam cum duodecim fundis, & totam & integram massam Donorio cum duodecim fundis suis, & similiter massam Popularem cum duodecim fundis, nec non massam Curulum, & massam Saletam

Exordium.

Ferrariensem Episcopum a Cardinalibus S. R. E. eligendum, & a summo pontifice consecrandum decernit.

Eidem Ecclesiae antiqua jura conservans.

Undecim massas, & Coelestino PP. donatas, ratas habet.

letam cum viginti quatuor fundis suis, simili modo massam, quae vocatur Formignana, cum omnibus fundis suis. Has quidem praedictas massas cum omnibus ad easdem pertinentibus de dominio & jure atque potestate hujus Sanctae Romanae Ecclesiae in sanctam Ferrariensem Ecclesiam per hanc donationis paginam donamus & tradimus, ut ab hac hora in antea liceat tibi, carissime frater Grypho Episcopo, quam successoribus tuis, in singulis massis Ecclesias cum Clericis, Presbyteris, Diaconis ordinare, & consecrare: illud omnimodis facientes, ut Ferrariensis Ecclesia tota Parochia sua in jure & dominio ac privilegio nostrae Sanctae Romanae Ecclesiae B. Petri, cuius est patrimonium, perpetuo conservetur, & sit semper sub nostra electione atque consecratione; & quicumque Episcopus electus, ordinatus & consecratus fuerit, ille honoris hujus ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis fines & termini sunt: ab Oriente ab una parte fluminis Padii altera nostra massa Phiscalia & Veteraria usque ad fossam Bossonis transeunt flumen Sandali usque Bucilletum, transeunt flumen Gabiana, per Ludriam, circumdant Villam magnam & Madriam pervenientes usque Maletum, & a Maletito pergunt juxta Argilem Anxianam per paludes & piscarias usque Vitricam, veniunt usque fossam Buranam, per fossam Buranam exeunt in Padum, descendunt ad Occidentem usque ad Ummum formosam, quae certa finis est inter Romaniam & Longobardiam: Ab altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab Oriente callis de Finc, quae finis est inter nostrum Comitatum Ferrariensem & alterum nostrum Comitatum Comaclensem, & extendunt se per paludes & piscarias usque ad fossam Silvule, circumdant massam Corneti & Longanum, quae de nostro Comitatu Ferrariense est, descendendo inde ad Occidentem per paludes & piscarias usque ad flumen Tartari pergunt usque in flumen Padii. Sane habitatoribus ipsis majoris Massae Ferrariensis malas & pravas consuetudines removemus: nisi tamen, sicuti soliti sunt, ad sustinendum Sanctae Romanae Ecclesiae annualiter per illorum nuncium unaqueque libera persona capitis Massarii de moneta Venetiae denarios singulos dabit. Censum vero & tributum, atque telonei de ripa & flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem & meliorationem seu restaurationem jamdictae majoris Massae concedimus, & alteram medietatem ad nostras manus reservamus: Similiter telonei de mercato unam medietatem nobis conservamus, & alteram medietatem praedicto Episcopo condonamus: Placitum quidem generale similiter in dominio & potestate Sanctae Romanae Ecclesiae tenemus, ut ante nostrum Nuncium semel in anno faciendo justitiam, ab omnibus per tres dies custodiantur: Collectam vero vel fodrum, aut pravam vel injustam functionem aut dationem seu consuetudinem nequaquam exigimus: sed omnia pro Dei timore, atque amore praefatae nostrae sanctae Ecclesiae B. Georgii omnibus habitatoribus ipsius Massae peperimus, aliasque minores Massas, & sicut supra scriptum est, cum omnibus suis servitutibus subjugamus. Praeterea quaecumque Ecclesias & possessiones, quaecumque etiam bona impregentiarum iuste & canonicè possides, aut

Ecclesiam ipsam cum bonis & pertinentiis sub perpetuo jure Sedis Apostolicae esse & fore declarat.

Comitatusque Ferrariensis fines praescribit.

Annus vero census, & si premissis insignis Sedi Apostolicae reservat.

Cetera bona illius Ecclesiae propria enumerat, & confirmat.

in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & per vos Ferrariensi Ecclesiae, & illibata permaneant: In quibus haec propriis diximus exprimenda vocabulis: Plebem sancti Georgii de ultra Padum, plebem sanctae Mariae de Gabiana, plebem S. Mariae de Vicoventia, plebem S. Martini de contra Padum, plebem S. Georgii de Tamara, plebem S. Petri de Cupario, plebem S. Stephani de Formignana, plebem S. Appollinaris de Trissicallio, plebem sancti Martini de Rupina, plebem S. Mariae de Vicobariono, plebem S. Mariae de Septem Policino, plebem S. Stephani de Caliso, plebem S. Donati de Pedurio, plebem S. Antonini de Ficarolio, plebem S. Georgii de Trecenta, plebem S. Mariae de Cinisello, plebem S. Michaelis de Bragantio cum cappellis & earum pertinentiis, Ecclesiam S. Romani de Tartaro: salva in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua sane ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, & aut Ferrariensem Ecclesiam his, quae supra scripta sunt, diminuerit, aut Sanctae Sedis Apostolicae sua in eis iura, quae superius significata sunt, auferre presumpserit, poenae compositionis nomine reddat eidem Sanctae Sedi Apostolicae auri optimi libras centum; & nisi, quae male presumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subiaceat: Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Poenae corporales, & spirituales indicit contra huiusmodi decreta violantes.

Etque servandis aeterna bona approbatur.

Lucii PP.

& S. R. Ecc. Card. subscriptiones.

EGO LUCIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Gregorius Presbyter Cardinalis tituli Callisti. Ego Goizo Presbyter Cardinalis tituli sanctae Ceciliae. Ego Thomas Presbyter Cardinalis tituli Vestinae. Ego Ubalduus Presbyter Cardinalis S. Praxedis. Ego Guibertus Presbyter Cardinalis tituli sancti Marci. Ego Nicolaus Presb. Cardinalis tituli S. Cyriaci. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabinae. Ego Gerardus Sabinensis Episcopus. Ego Theodewinus S. Rufinae. Ego Albertus Ostiensis Episcopus. Ego Stephanus Praenestinus Episcopus. Ego Imarus Tusculanus Episcopus. Ego Petrus Albanensis Episcopus. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis tituli sanctorum Sergii & Bacchi. Ego Otto Diaconus Cardinalis tituli sancti Georgii ad Velum aureum. Ego Guido Diaconus Cardinalis tituli sanctae Mariae in Domnica. Ego Guido in Romana Ecclesia Altaris Minister. Ego Petrus Diaconus sanctae Mariae in Porticu. Ego Gr. Sanctae Romanae Ecclesiae indignus Diaconus. Ego Joannes Diaconus Cardinalis tituli sancti Hadriani.

Ego